DE CONDITIONIBUS
)NJUNCTIVAE ABNORMIBUS.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA
QUAM
NSENSU ET AUCTORITATE GRATIOSI
MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI
PRO SUMMIS
MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS
RITE OBTINENDIS
DIE XVIII. M. MAJI A. MDCCCXXII.
H. L. Q. S.
PALAM DEFENDET
AUCTOR

USTAVUS ADOLPHUS BERGENER
HALENSIS.

OPPONENTIBUS
USSELLE, LICHTENBERG, ROEDENBECK,
MED. DD.

ACCEDIT TABULA AENEA.

BEROLINI
FORMIS FEISTERIANIS.

VIRO

PRAECLARA ERUDITIONE ET
OCTRINA CELEBERRIMO, ILLUS-
TRI, AMPLISSIMO, EXCEL-
LENTISSIMO

;AR. FERD. GRAEFE

.D. ET CHIRURG. DOCTORI, PROFESS. MEDICIN. ET
IRURG, IN UNIVERSITATE LITTERARIA BEROL. P.
REGI BORUSS, A CONSIL. INTIMIS, NEC NON A
NSILIIS RERUM MEDICIN, ET SANITATIS SUPREMIS,
DINIS AQUILAE RUBRAE IN CLASSE TERT. ET OR-
NIS CRUCIS FERREAE IN CLASSE SECUND. EQUITI,
GIONIS HONOR. REGIS FRANCO-GALLIAE DECURIO-
ORDINIS RUSSICI ST. ANNAE IN CLASSE SECUNDA,
:CICI WASANI, RUSSICI ST. WLADIMIRI IN CLASSE
ARTA EQUITI, INSTITUTI REG. CLINICO-CHIRURG.
OPHTHALM. DIRECTORI, PROFESS. O. IN REG.
ADEM. MILIT. MEDICO-CHIRURG. REG. SOCIETATIS
:ULTATIS MEDICAE PARISINAE SODALI PER EPIS-
LAS ORDINARIO, SOCIET. MED. AEMULIS PARISI-
: SOCIO PER EPISTOLAS EXTRANEO, SOCIET. REG.
:NTIARUM GOETTINGENSIS, SOCIETATIS CAESAREAE
'URAE CURIOSORUM MOSCOV. SOCIET. PHYSICO-
DICAE ERLANGENSIS, SOCIET. NATUR. SCRUTATO-
RUM HALENSIS, ALIARUMQUE SODALI.

PRAECEPTORI
SUMMA PIETATE COLENDO
.UTORI AC PATRONO EGREGIE DE
SE MERITO

OB COMPLURA

INSIGNIS

BENEVOLENTIAE ET HUMANITATIS

DOCUMENTA

SIBI COLLATA

TENUEM HUNCCE LIBELLUM

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

unicae mucosae internam cavitatum
orporis superficiem induentes, a Bi-
iato in duas ordines propter integer-
mam contiguitatem divisae sunt. Pri-
a quidem in ore, naso et anteriore
perficie oculi incipiens, nasi atque
ris cavitates, ducti excretorii paroti-
um et glandularum maxillarium inve-
it, format conjunctivam, per puncta

lacrymalia et canalem nasalem ad fauces transit, per tubam Eustachii in internam aurem propagatur, descendit per tracheam et pulmones induet: per oesophagum, stomachum, in duodenum intrans, ductum choledochum et hepatem, panceratis ducti excretorii, intestina tenuia et crassa investit.

Altera tunicarum mucosarum extensio, apud viros in orificio uretheris initium facit; adscendit in vesicam et renes, excretorii ducti prostatae, ducti ejaculatorii, vesiculae seminales, ductum deferentem ejusque initia investit. Apud foeminas haec extensio in vulva

ritur, systema uropoeticum ut in vibus, vaginam, uterum, tubas Falopii ivestit, ibique cum serosa membrana eritonaeo jungitur.

Systema cutaneum connectit quasi termedium haec systematis tunicaum mucosarum extensiones, etiam in orbis. Saepissime affectio nempe se videtur ab altero systemate progata, vel metastatice translocata, sed on rarius etiam idiopathica.

Membrana mucosa duas superficies obis offert; prima juncta cum partius proximis, altera immunis superfi-

cies prima fere semper musculis, tela cellulosa densiore, juncta, quorum usu membrana aucto gaudet motu. Superficies immunis membranae valvulas saepe offert, semperque heterogenibus materiis tangitur, vel extra adhibita ut in tubo intestinorum et pulmonibus, vel intus ut se- et excretiones, qua quidem ratione membranae mucosae, ut systema cutaneum, tanquam organorum fines spectandae sunt.

In fabrica membranarum mucosarum tria lamina discernenda sunt: epithelium, corpus papillare et corium. Epithelium plurimis locis, per aquam

ervidam leviter a caeteris laminibus ismoveri potest, praecipue in fauci- us, lingua et palato, aliis autem locis t in tubo intestinali, maxima arte on separandum est, quamquam multi ı illorum partium inflammatione re- ıotum vidisse contendunt. Epitheli- m ad callositatem etiam, uti epider- ıis, saepius propinquat, vel propter imiam compressionem membranae, vel islocatione alicujus partis ut in pro- ıpso ani, vaginae etc. etiam pilosum ıvenitur uti in vesica urinaria, ventri- ulo, tubo intestinali et in tunica Schnei- eriana ut refert Hallerus.

Quamquam parum abest ut epithelium epidermidem congruat, tamen illa tenuior est et incitantia majis recipit, tollit autem nimiam incitationem. Qua ex causa etiam membranae mucosae, per longum tempus aeri expositae non tam rapide ab inflammatione corripiuntur, ex. gr. prolapsus uteri, vaginae, quam tunicae serosae, quae illo statu, repentinis periculis opprimuntur.

In cute rete Malpighi infra epidermidem sistit gelatinosus mucus colore praeditus. In membranis autem mucosis non invenitur, itaque colore

bique caret. Sensibilitatem in mem-
ranis mucosis, sicut in cute, corpus
apillare praebet et praecipue in la-
iis, in lingua et velo palatino, in
ınica Schneideriana et glande penis;
ı tubo autem intestinali villosam
ccipit formam et quidem majori di-
nitate gaudet; vasa nutrientia ma-
ɔra colorem augent; succi gastrici
ecretio, resorbtio chyli praestant.
ltima tunicae mucosae lamina corium
st, ut in systemate cutaneo, firmius
s crassius est in gingiva, palato, ven-
riculo et tunica Schneideriana sub-
lius in tubo intestinali, maxima au-
em subtilitate praeditum in vesica

urinaria, fellea eorumque ductibus ex-
cretoriis.

Tunicae mucosae complures habent glandulas sebaceas, partim infra partim supra corium positas, manifestas ut in trachea et oesophago, occultas ut in vesica fellea et urinaria. Saepius haec laminam propriam tunicae formant, ubi major eorum copia condensatur ut in velo palatino, secernunt mucum ne transitus heterogenorum corporum, parietes quas praetereunt cavitatis laedeat, hic mucus in vasibus qui receptaculum praebent non solum majore copia sed ap-

plicatione mechanici alicujus incitamenti profusius secernitur.

Tunicae mucosae itaque propter perpetuam hanc secretionem, organum secretorium nobis videtur esse et quidem maxime momenti, cum etiam solidarum partium corporis dissolutio et reductio rite imprimis illis tribuitur. Omnes muci ejaculantur, ex naso, ex ore, ex genitalibus, ex systemate uropoetico cum urina, cum respiratione ex pulmonibus, et ex tubo intestinali. Mucus in sanis quidem fere dimidiam partem excretionum facit, adversa autem valetudine fere to-

tam excretionem praebet, ut in dy-senteria, leucorrhoea, blennorrhoea ae-gyptiaca etc. prostat itaque tam gra-vis tunicarum mucosarum in organis-mo dignitas, maximi quoad valetudi-nem momenti, nec non latiore qui-dem extensione quam systema ipsum cutaneum.

Quamquam tunicae mucosae per-multa habent vasa tamen maxima est inter eas differentia quoad quantitatem illorum ambientium; qua ex causa rubor vesicae urinariae, intestinorum crassiorum, cavitatum nasi non ut in ventriculo, in tenuioribus intestinis in

igina invenitur, ubi major vasorum
opia, perforans corium in corpore
apillare extensa per epithelinm mi-
it, peculiaris haec tunicarum muco-
rum fabrica saepius causam tam gra-
orum haemorrhagium praebet.

Excitabilitas earum tunicarum cum
a systematis cutanei comparanda est
quidem antagonismum inter se ha-
nt, qua ex causa si contractilitas
tis aucta est alternans membranarum
icosarum functio augetur. consen-
alis etiam adest effectus tunicarum
icosarum; adhibitis certo earum lo-
incitamentis incitatio alterius pro-

vocatur. Lapis vesicae urinariae d lorem glandis penis provocat, verm intestinorum saepissime pruritum n propter se habent.

Praecipuae functiones tunicaru mucosarum sunt; quod organon e cretorium praebent, quod integritate organismi et lubricitatem cavitatu conservant, denique quod exhalar uti praecipue in pulmonibus videndu est.

Hac in explicatione physiologi dignitatis, mucosarum tunicarum, e rum pathemata jam enucleavi, secr

ionis harum, tam peculiaris membra-
ıarum functio leviter aberrat a nor-
nali statu vel quantitate vel qualitate
t primordia dynamica aegrotae pro-
.uctivitatis prae se fert.

Conjunctiva propter situm et ex-
ensionem inprimis, his affectibus
rostituta esse mihi videtur. pathicae
jus metamorphoses ex conditione
:ructurae satis declarandae sunt. quam-
uam in normali statu membranae pars
uae corneam investit praevalentiam
pithelii nobis offert, tamen in mor-
osis affectibus plastica ejus virtus ex-
nditur illas que metamorphoses ma-

nifestat quae occultis solummodo mem
branae partibus attribuere consueti s
mus. conjunctivitis cujus vis speci
exempla praebet eo pertinentia, prae
pue autem si universalis adest scr
phulosis diathesis; quoad propter n
novitatem hanc singularis morbi d
scriptionem adjungere conatus sum:

Henricus Wusthoff, ante vigin
et tres annos natus, sutor, praeterla
so anno, propter ophthalmiam chron
cam, medica auxilia in Instituto R
gio Clinico chirurgico et ophthalmi
trico petiit. intumescentia tonsillaru
et forma ophthalmiae diathesin scr

hulosam indicarunt. magis autem
culus dexter statum morbi designa-
it. sistuit nempe in medio bulbo, in
ärgine quo jungitur sclerotica et
ornea, pinguecula, multis stellatim
fluentibus vasibus nutrita, qua ex
rramydali apice duo crines ex co-
uni trunco et radice eflorescebant.
lor et forma erat ciliorum et fere
ıas lineas, mensurae Parisiensis pro-
ndebant. perpetua excitatio conjunc-
rae et bulbi et palpebrarum efulge-
t quamquam aeger jam a prima pu-
itia vitium illum habuisse contende-
t. Illustris Graefe exstirpavit pin-
eculam ex conjunctiva et paucis

post diebus, reconvalescentia aegro
oculi plane restituta erat. pinguecul
autem dissectio, declaravit, crines m
nime ciliis simulare, aliis autem pi
quoad formam et structuram plan
adaequare. adjecta tabula aenea oc
lum ante operationem offert.

CURRICULUM VITAE

EX DECRETO

RATIOSI MEDICORUM ORDINIS
BEROLINENSIS

A D J E C T U M.

go Gustavus Adolphus Bergener, alae die XV. m. Decembris anni DCCXCVII, patre doct. et profes. edicinae, typho nosocomiale mihi

erepto, matre et gente Büchlingiana natus sum. Primis litterarum rudimentis usque ad annum MDCCXII in gymnasio urbis paternae imbutus; bello illo tum flagrante, in patriae exercitu munere chirurgi fungens quatuor per annos stipendia militavi. Inter cives universitatis litterariae regiae Berolinensis, redux, rectore magnifico Schleiermacher adscriptus, his interfui scholis. Tradiderunt mihi physicen et chemiam Cel. Hermstaedt et Turte, botanicen Cel. Linck et Hayne, anatomiam et humanam et comparatam Illustr.

ıudolphi, Knape et Rosenthal, phy-
iologiam Cel. Rudolphi, Linck, Hor-
kel, Osann et Lichtenstein, materiam
ıedicam Cel. Osann, pathologiam Cel.
Iorn et Fr. Hufeland, Therapiam
llustr. W. Hufeland, Berends et
Iorn, chirurgiam et ophthalmiatricen
llustr. Graefe, obstetriciam Cel. de
iebold, clinicen medicam, chirurgi-
am et obstetriciam, Illust. Berends,
;raefe et de Siebold. Hisque prae-
eptoribus, ad mortem usque colen-
lis, studia academica ut perfinirem,
xamine rigoroso rite peracto, spe-

ro fore ut summos academicae in medicina et chirurgia honores adipiscar.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Nullus morbus sine congestione sanguinis.

II.

Metastasis lactea adest.

III.

Scirrhus mammae jam in origine exstirpandus.

IV.

Moxae usus non negligendus.

ro fore ut summos academicae
medicina et chirurgia honores
ipiscar.

'HESES DEFENDENDAE.

I.

Nullus morbus sine congestione san-
nis.

II.

Metastasis lactea adest.

III.

Scirrhus mammae jam in origine ex-
pandus.

IV.

Moxae usus non negligendus.





Delt: C. J. Thiele sc.